

M E S V E.



MEL rosatum sic fit. foliorum rosarum, ut dictum est, in umbra siccatum, partes duæ in mellis boni partibus sex coquantur clementer quantum oportet. Sunt qui foliorum loco, succi corum, & mellis portionem æqualem ponant, & coquant. Alij foliorum, & succi ana partem vnā, & dimidiam, mellis partes tres.

CHRI. **M**EL rosatum est calidæ complexionis. & est multum in vsu. & licet superius de ipso dictum sit, tamen hic etiam vtiliter replicabo: fit enim ipsum cum substantia rosarum, quandoque cum solo succo ipsarum. Et his duobus modis ad formam electarij reducitur cum delectatione multa in eius assumptione. quandoque colatur & ad formam syrupi reducitur. Et his modis est multum in vsu, qualitercunque præparetur. Nam virtutes efficacissimas habet. Est enim digestiuum materierum phlegmaticarum contentarum in stomacho, & meseraicis, ac etiam in intestinis, abstersiuum illarum, confortatiuum virtutis digestiue stomachi, calefaciendo ipsum. & eius virtus non transcendit regionem hepatis, & vtimur eo maxime cum syrupo simplici acetoso, vel composito in principio febrium phlegmaticarum cum aqua fœniculi, vel endiuie, secundum quod cum phlegmate est multa, vel nulla admixtio cholerae, dando in dosi, vnc. j. vtriusque syrupi, non tamen cōueniret in febre pure cholerica. Et eius dosi in forma solida est vnc. j. & s. siue sit cum substantia rosarum, siue cum succo. & ipsius colati dosi per se solum est vsque ad vnc. ij. si expedit cum aqua simplici actualiter frigida, seu calida secundum tempus anni. Et hic notandum quod tempore veris vtile digestiuum materierum phlegmaticarum, ac etiam ab ægritudine præseruatiuum, & sanitatis conseruatiuum corporibus impotentibus, & alijs quibuscunque querentibus purgari, vt illo tempore cōmuniter fit, est mel rosatum sex diebus assumptum de mane in aurora cum hac decoctione. Recipe passularum, anisi, liquiritiæ, capillorum veneris ana vnc. j. mastichis gra. vj. fiat decoctio, vel cum decoctione ex radice apij, fœniculi, & petroselini. Et hoc erit maioris prouocationis, & apertionis, sed prima plus utebatur Thomas summus practicus.

MAN. **D**ICITVR hoc primum, mel rosatum cum folijs. **E**T sunt qui ponunt, mellis & succi rosarum. Hoc dicitur mel rosatum colatum.

SYLVII. **F**OLIA rosarum, & violæ flores, & buglossi, & rorismarini, vt saccharo, sic melle condiri diximus, vt delicatiora sint, & seruari queant. Viribus autem tantum differunt, quantum mel, & saccharum. Porro id mel rosatum non modo hac conseruatur, seu elect. mollis, aut elegmatis forma seruiatur rosis tuis, sed etiam syrupi, cum scilicet colatum est. Primum genus mellis rosati Mesue, sunt qui appellant mel rosatum cum folijs, seu non colatum, secundum ex succo, scilicet ac melle, mel rosatum colatum, tertium vero ex ambobus mistum. Hic autem mel rosatum ex tritis rosarum folijs recentibus facimus. Id vero postea igni liquatum, linteoque percolatum, mel colatum vocamus. Rectius ex infusionis multiplicis rosarum recentium, & mellis pari mensura in syrupi consistentiam mel rosatum colatum coquant, & quo plures sunt

A infusiones, eo valentius. ex rosarum autem siccatum infusione nō fiat, nisi medicus imperet. Secundum mellis rosati speciem non ex æquali succo, & melle cum Mesue coquit Aetius, sed succum rosarum exungularum melli triplum miscet, ac insolat, aut colatum coquit, cui affine est Dioscorid. ex succo rosarum, & melle rhodomeli, quamquam quomodo fiat, & qua vtriusque mensura, non addat. nec dissimile est Pauli rodostactum ex duabus succi rosarum exungularum partibus, & vna mellis coctis simul despumando ad partis quartæ cōsumptionem. Id mel rosatum colatum ex largiore succo, vt triplo, aut multiplici infusione cum paucis melle liquidius, & potabile, fluxiones calidas, & febres ardentes etiam in accessionis vigore datum larga copia, tepestiue, & cocto iam morbo febres acutis sæpe extemplo soluit sudore, aut acrium & calidum succorum per aluum deiectione. Coquit mel rosatum vtriusque in partibus nutritorijs pituitam, & terget (non enim hepar transcendit eius facultas) coctionemque suo calore modico iuuat, affectibus autem solum biliosis insalubre est, vt mel. Idem sex matutinis a quibusdam datur vere ipso cum decocto ex vuarum passularum, anisi, glycyrrhizæ, adianti albi, ana vnc. j. mastichis granis sex, vt pituitam probe apparet purgationi in sanis, sed egrotare timentibus, aut etiam tum ægrotantibus.

MEL ros. Quo pacto hoc paretur plurimum habet momenti. ex rosis semiaridis confectionem non secus, atque saccharum rosaceum, de quo proxime agit viscera corroborandi astringendo vim habet. at ex succo vel infuso præsertim multiplici etiam deterget, & purgat.

M E S V E.



MEL violatum, buglossatum † rosamarinatum, fit vt rosatum, nisi quod † rosamarinato sunt, qui aromata adijciant.

MEL violatum est etiam multum in vsu, & solum vtimur eo in clysterijs cum oleo, & decoctione herbarum, vel cum aqua hordei, & alijs ad leniendum, & alterandum, & aliquantulum ad abstergendum, & maxime acute febrientibus, & de ipso ponimus vsque ad vnc. ij. cum casia, vel puluere de zuccharo, quandoque cum benedicta, quandoque cum hiera picra vsque ad vnc. s. secundum exigentiam. Et modus condiendi est, sicut de melle rosato.

MELIS violati vsus est frequens clysteribus, quoties abstergendum, refrigerandum, lubricandum: reliqua duo sunt rara. frequens tamen florum buglossi vtriusque, & rorismarini conserua, quam prius saccharum buglossatum, & rosamarinatum, Mesue vocari diximus, pro floribus buglossi, & rorismarini, saccharatis, seu saccharo conditis. Mel passulatum quod vocant, quod ex vuis passis calente aqua maceratis, coctis, colatis, ad mellis crassitatem recoctis, fit, est frequens in Mesue cōpositionibus. vt elegmate pineo, elect. diabryonias. id nos inter sapas reiecitimus, mel item emblicarum scilicet myrobalanorum, hoc est, quo hæ sunt conditæ, & seruantur.

DISTINCTIO QVINTA

De speciebus loch.

M E S V E.



CLEGMATVM quædam sunt iucunda, alia sumentibus ingrata. In vtroque genere describam ordine celebriora; vt salubriora in particularium morborum curatione.

HÆC est quinta pars principalis, in qua Mesue determinat de Loch, quod similitudinem quædam habet in modo substantiæ cum electarijs, de quorum

MESVE DE CONDITIS

quorum numero quædam sunt delectabilia, & quædam ad gustum horribilia: & quare dictum sit Loch, dictum est superius. Pro cuius intellectu est aduertendum, quod vna, & eadem descriptio potest reduci, & preparari, si fiat cum zuccharo in forma confectionis, in forma electarij, & in forma loch, differunt tamen in modo substantiæ, & quodammodo in modo operationis. Nam per vltiorem, vel minorem decoctionem, & admixtionem quorundam viscosorum fit in eis variatio sensibilis, & manifesta: Requiritur enim ad confectionem construendam maior coctura zucchari, vt per ipsum induretur, ad electarium vero minor. ad loch autem multo minor, omnibus, sed in ipso loch, vt plurimum quædam viscosa ingrediuntur, vt adhærentiam faciant in ipso meri. Sed coquitur quidem loch modicum plus quam iuleb, & minus quam electarium. vtimur enim loch solum in passionibus pectoris, & pulmonis, & in his quæ sunt, in meri. Confectionibus autem, & electarijs generaliter vtimur, in quibuscunque passionibus, & in quibuscunque membris existant, vt declaratum est superius. Plura autem loch fiunt cum melle, quam cum zuccharo, quia fortius abstergit, aperit, adhæret, & calefacit.

SYLVII. **E**CLEGMA idest linctus, thoracicum, & pulmonicum est præsidium, ex medicamentis fere dulcibus, & tergentibus, ac etiam glutinosis. interdum amaris, & acris (quæ valida sunt) parcius coctis, quam electario liquido, vel solido conueniat. Hæc autem humore multo in rem, præsentem idoneo sunt diluenda: præsertim cum crassum, & lentum pus, aut pituita similis ex thorace, aut pulmonibus educenda est. Quæ enim consistentia sunt, vt asperæ arteriæ affectibus quibusdam conuenire possunt, ita crassa, & lenta thoracis, & pulmonis excrementa magis moerentur, quam promouantur.

MESVE.

Loch de pi.
no.



drach. xx.

Keyren.
+ melle passularum.
+ al. vnc. 4.

CLEGMA expineis nucleis, tussim antiquam, sputum glutinosum, asthma, & spirandi ex partium spiritalium angustia difficultatem iuuat. Recipit vero nucleorum † drach. xxx. amygdalarum dulcium, auellandarum assatarum, tragacanthi, gummi Arabici, glycyrrhizæ, & succi ipsius amyli, adianti albi, rad. ireos, ana drach. iij. carnis dactylorum † fuluorum drach. xxxv. amygdalarum amararum drach. iij. † sapæ vuarum passarum sacchari albi, butyri recentis ana † drach. iij. mellis q. l. fume velut lambendo vnc. j.

CHRI. **L**OCH de pino est multum in vsu, & vbiq; præparatum reperitur conferens secundum præsentem descript. senibus, & antiquis tussientibus, & alijs, in quibus materia phlegmatica continetur in pectore, & pulmone, Est enim conueniens ad viscositatem sputi, & ad difficultatem anhelitus, seu asthma factum ex materia cruda, & debet in ore pro cura illarum passionum teneri, & paulatim lambendo deglutiri, & maxime ieiuno stomacho, & dosis eius est pro qualibet vice drach. iij. & eius complexio est calida versus primum, cum pauca siccitate. Quum dicit auellandarum assatarum, reperiuntur domesticæ, & sylvestres, domesticæ tamen sunt meliores, & sunt calidæ, & siccæ in primo cum ventositatē quadam; assatæ autem sunt sicciore, amyllum est succus seu-

E menti inspissatus non bene maturi, & est calida, & humidæ complexionis versus primum. Mellis passularum, idest in quo steterunt passulæ amotis nucleis earum.

HO c apud omnes paratur. **MELLIS** passularum.) **MAN.** i. in quo bullierint passulæ vsque ad liquationem. **SVMATVR** quasi lambendo vnc. j.) Errant nostri medici, exiguum quid iubentes homines horum deuorare. **ZVCCHARI** tabarzet. & paulo post mellis tabarzet.) Dubitari ergo potest in quo differant. Dicendum per mel intelligi succum ipsum, ex quo per cocturam fit saccharum, quod tamen nondum exiccatum sit. Zuccharum vero, id quod iam plene exiccatum est. Serapion conficit cum melle.

EI vs elegmatis semuncia ore contenta, paulatim deglutita **SYLVII.** portione sui liquidiore in pulmones derivat, pituitæque multam crassam, lentam incidit, tenuat, terget, ob id habile expui reddit, ac etiam pus. Quapropter pulmonis, & thoracis affectus ab illorum quantitate, vel qualitate natos curat, vt empyema, asthma, spirandi difficultatem ob plenas pure, vel pituita asperas arterias, & pulmonis carnes. peripneumoniam quoque, & pleuritidem iuuat declinante iam febre, calfacit enim ad primum gradum, & siccat. Præstantius autem multo fiet (vt dixi) si apostemate thoracico diluatur, vel pituita vulgari, aut decocto hordei, vel brassicæ, vel simili, vel hydromelite, vel oxymelite, nisi vlcus, aut tussis addit. Mel tabarzet album potius, quam cum Manar. succus ipse, ex quo per cocturam fit saccharum, quod si album est tabarzet quoque vocant. Serapion conficit cum melle. Farina etiam seminis lini torrefacti, vel nō testis, cum melle optimum est elegma tussis puerorum. Hæc elegmata, quæ etiam inuicem misceri possunt, pro scopis medicis varijs, hodie magna parte intercedunt, & ex hypoglotide alba, saccharo Cando, electario diagraecanthi, & syrupis pulmonicis, & thoracis elegmata fiunt à medicis, forte, quod antiquata hæc vires suas, & saporis grauiam amittunt, vel quod compositis non fidunt. Elegma de alijs, brassicæ, radice ari, draconculi, ireos, & alijs multis fieri possunt, quorum quædam in Nicolai antidotis postea describemus.

ECLEGMA. **U**t strobilos, amygdalas, & reliqua **CO ST.** in hoc elegmate assumpta vi qua prædita sunt leniendi, coquendi, & detergendi ad vetustam tussim, quæ ex crassioris pituitæ fit copia conferre posse certum est, ita gummi, amyllum, & palmarum fructus substantia, quæ admodum lenta sunt, crasse facere potius sponte sua possunt. Sed hæc superioribus ad eorum viuendas, & seruandas vires adduntur, vt quæ efficiunt, ne in ore contenta tam prompte liquefiant. Quum autem hic adiantum sumit, an eo arido, atque in puluere redactio vtendum sit, an recenti, atque integro in melle, in quo excipienda sunt reliqua, incerto, non constat. sed vere, quum ad attenuandum, detergendumque, atq; ad ressecandas sputo vias hoc paretur medicamentum, non nisi recens, atque integrum ex vsu est: recens quidem, quod aridum vim habet astringendi adnotante Mes. lib. simpl. integrum autem quod facultas attenuandi, quæ in superficie sita est, vt contundendo terendoque exoluatur necesse est. Sed & pro melle passularum, quod hic itidē quærit vne passæ cremorē quasique melliginem ex pinguisimis passis exempto gigarto per diem aqua maceratis, & decoctis expressum potius, quam quidpiā aliud intelligi existimo. nam melle omnia postremo excipit.

MESVE.



CLEGMA papauerinum iuuat tussim, & gutturis asperitatem à catarrho calido, tenui (quem sputum liquidum indicat) cum enim coquit, & crassat. confert etiam febribus ardentibus, dolenti thoraci, pleuritidi. Recipit autem papaueris

paneris albi drach. xxv. amygdalarum dulcium A
depellatarum; nucleorum pineorum, gummi
Arabici, tragacanthi, succi glycyrrhizæ ana dra.
x. amyli, seminum portulacæ, lactucæ, cydo-
niorum, ana drachm. iij. croci drach. j. penidio-
rum alborum vncias quatuor, syrupi papaueris
præsertim albi, & nigri cum semine lactucæ, &
violis facti. q. l.

CHR. **L** O C H de papauere, seu diapapauer est multæ
utilitatis, & efficacæ in materiis calidis, &
subtilibus catarrhis, & maxime falsis, & acutis, &
quæ a capite fluunt ad guttur, & ad pulmonem, in-
ducendo asperitatem canna, & caliditatem in ea, &
summe confert tussi siccæ ex dictis causis, lenit enim
partes illas materias incrassando, vnde prohibet flu-
xum earum ad pectus, est etiam somni prouocati-
um, vnde virtus confortatur, prohibet enim ascen-
sum vaporum acutorum ad caput in febribus, vnde
multum conuenit eis, & dosis eius est vsque ad drac.
iij. omni tempore paulatim lambendo, sed melius
vacuo stomacho. Saluo cum quærimus somnum
prouocare, vel materiam subtilem in capite conten-
tam incrassare. In his enim duobus casibus, re-
ctum est assumere de sero vna hora post cibum, &
eodem modo de mane sumpto prandio. Et eius
complexio est frigida versus primum, & humida in
ipso. Simplicia autem ipsum componentia sunt su-
perius declarata.

A D D I T I O.

L O C H de papauere secundum intentionem Me-
sue est diapapauer, sed secundum intentionem medi-
corum, aliud est diapapauer, & aliud Loch de papauere,
tamen vnum pro alio potest dari, ipse Mes. in sua practi-
ca habet plures descript. loch de papauere, quæ non sunt
in vsu.

MAN. **H** O C quoque solet ab omnibus componi. Et sic
proprie. Non ex hoc componunt, sed ex eo, qui
inter syrupos nominatur.

SYLV. **I** N catarrho calido tenui (qualis est falsus, & amarus, & acer) in
pulmones procumbenti, & tussi inde siccæ est efficac. multum.
Nam crassat ab eo materia expui potest, quæ prius ob tenuitatem
tusses elidebat, nec spuebatur, prohibetque nouam affluere: som-
num item conciliat, tum refrigerando, tum in febribus calidos va-
pores in caput tolli prohibendo: frigidum enim humidum est ad
primum gradum. Sumitur lambendo ad drach. iij. hora j. aut circi-
ter, a cena, si somnus quaeritur, si vero materia tenuis in capite con-
tenta est, crassanda etiam hora vna post prandium ad prædictos
vero affectus, horis quibuslibet, ante cibum tamē rectius sumitur,
dicta prius quantitate, nec admodum saepe, ne ventriculum offen-
dat, præsertim frigidum humidum. Cum syrupo papaueris sit ho-
die, non cum isto a Mesue hic obiter descripto.

COST. **P** A P A V E R I S vsus simplicissimus est eius seminum
resus, astius caloribus variis regionibus frequens,
quin, & ex eius semine ad dimidiam circiter vnciam cō-
tuso, & ex lactuca aqua, liquoreve alio expressa lactea
substantia ad somnum, febres, & distillationes saepe vsur-
patur, adduntur, & alia ad varios vsus. Nigri papau-
ris vsus ad acriorem destillationem magis, quam albi
inuatur: sed non aque eius tutus est vsus, nam, & ex eo o-
pium inter narcotica valentissimum conficitur, & qui
drachmarum duarum pondere eius semina assumpsere,
stupore corripitur quandoque ascidit.

M E S V E.



D I A C O D Y M Galeni simplex, Confessio
de iacur.
catarrhum a cerebro in pulmo-
nes tenuem, & inde natam tus-
sim, & insomniam iuuat. Sic pa-
ratur. Capita decem papaueris
magnitudine mediocri, & humi-
dorum, ac siccorum media, in aqua t pluuiæ
sextario vno macera t (ad biduum,) si autem
sint sicciora; diutius: si humidiora, horas 24. post
coque ad ipsorum dissolutionem, seu ad duarum
aquæ partium consumptionem, cola, & cum sa-
pæ dimidio prunis percoque, si catarrhus tenuis
in asperam arteriam, pulmones, thoracem, im-
petum minatur, & insomniam, tunc enim mel,
quia sua acri substantia tenuat materias, no-
xium est, cum hæ sint nimis tenues. Cum vero
materia largior in pulmone, vel thorace colle-
cta, est tergenda, & tenuanda, & habilis ad ex-
pulsionem reddenda; mel miscendum, quod
prædicta præstat, & præterea dormire facit, si am-
bo scopi concurrant; mel, & sapa miscenda. Da-
tur autem drach. j. aut plus minus, si affectus po-
stulat, ore retinetur, & quantum eius est salua
solutum, cum ea paulatim deglutitur. Si autem
per id naturæ impetum vis sistere, & sanguinis
reiectionem a visceribus thoracis, cuique huius
libræ miscebis, acaciæ rubræ, hypocistidos, myr-
rhæ, croci, balauftij, ana drach. j. t ramich, drac.
iij. vtere. Sunt, qui diacodym simplex loco
mellis coquant cum penidijs, alij cum saccha-
ro. Vbi autem affectus magnopere calidus est,
ac mordax; fit ex capitibus papaueris nigri ad
quingenta, interdum ex albo simul, & ni-
gro, addendo tunc loco mellis penidia, aut sac-
charum.

M O D V S confectiois, id est compositionis de Ia CHR.
cur secundum intentionem Galen. & vocatur
diacodyon, multum habetur in vsu licet non reperi-
atur vbi Gal. eam descripsit, dicitur autem Iacur, quod
græce idem est, quod papauer, nam magna pars papa-
ueris ingreditur. Et habet, quasi easdem virtutes, &
operationes, quas habet superscriptum loch dictum
diapapauer, & eodem modo, & tempore debet sumi,
sicut illud: principaliter tamen confert his, qui insom-
nietatem, & vigiliarum instantias patiuntur, & catar-
rhi descensum subtilis, & acuti ad partes pulmonis.
Et conuenit tussi siccæ, extenuatis, & consumptis, &
eius complexio est frigida versus primum, & sicca in
fra primum cum stypticitate manifesta. Cuius hæc
est descriptio. Recipe decem capita papaueris, & a-
quæ sextarium vnum, & est pondus lib. ij. s. aut iij.
lib. in medicina, quandoque reperitur sextarium olei,
& est pondus lib. i. quandoque reperitur sextarium
mellis, & est pondus lib. iij. Et prohibet eius confe-
ctionem cum melle, sed vult cum zuchcharo, quia mel
multū calefacit, & subtiliat, & plus aciendo materiam
fluere facit. Hypocistidos, est succus barbe hircinæ.

A D D I T I O.

Mes. inquit, quod confectio de Iacur secundum MA N.
intentionem Galen. est diacodyon purum, & sic est
Mesue. Y secundum

secundum veritatem, ipse vero Galen. tract. 7. myr-
mir. habet diacodion, & ibi docet cōficere secundum
varias intentiones, vt docet hic. Mesue ipse tamen ca.
de phthisi quasi in fine habet confectionem de lacuri
sed multum differt ab ista, nec est in vsu. Nicolaus in
suo antidot. habet diacodium, quod similiter in vsu
non est. Auic. 3. can. fen. x. cap. de tussi habet descript.
medicaminis diacur. Alexander similiter iatros in se-
cundo lib. habet confectionem diacodion. item Sera-
pio in proprio antidot. habet descript. diacodion sim-
plicis, & compositi, quæ non differunt ab ista Mes-
nec a descriptione Galen. posita loco supradicto. Mes-
tamen in additionibus præsentis descriptionis de ia-
cur, habet rubeam, per quam intelligere debemus ru-
beam tinctorum, habet etiam heustidos siue hauf-
stidos, & est succus plantæ, quæ dicitur barba hirci-
na, ergo est hypocisthidos.

MAN. RECIPERE decem papauera.) Melius est recipere ea,
quæ nondum dura sunt, nec tamen valde mollia,
quæ enim sicciore sunt, parum habent succi, quæ humi-
diora, multum quidem, sed incoctum, propterea & quæ
in locis humidioribus orta sunt repudianda. Sine autem
magnitudine mediocri: si enim maiora sint, aquæ erit
augenda: si minora, capitum numerus. **AQUA** sextarij
idest. **ET** fit aqua pluuialis.) Galenus, vel fontis, nō
per plumbeos canales defluens. **TUNC** decoque ea vique
dū discocta sint.) Galenus veluti marida. **ET** aquæ dux
partes.) Hæc verba sunt superaddita. Oportet autem,
vt misceatur ex rob quantitas.) Sirao, vel vino cocto, vel
dulce. **ET** non conuenit in hac intentione mel.) Gale-
nus, misceri autem oportet huic pharmaco dum coqui-
tur glycyrrhizam, vel sucum eius. **ET** si velis medica-
men abstergens, tunc mel est conuenientius.) Adde ex
Gal. sicut enim his, qui somno egent, melius est ea, quæ
fit per siracum, ita his quos oportet expuere, ea, quæ per
mel optima, quoniam materias, quæ sunt in pectore, ad
expellendum habilitat, dabis autem alteram earum, cui
opus esse cognoueris. **ET** quandoque fit medicamen ex
vrisque.) Ex eo scilicet, quod per mel, & ex eo, quod per
siracū paratum est. Adde ex Galeno, & si æquales fuerint
intentiones, æqualiter miscebis, si inæquales, inæqualiter.
DOSS eius drachm. i. Galenus duo cochlearia magna,
vel plus, vel minus iuxta ætatem, horam. Si omnia ad fri-
gidum vergent, dabis minus, si ad calidum plus. Respi-
cies quoque destillationis quantitatem, & qualitatem.
SI autem uelis.) Hæc Crito. **HEUSTIDOS.**) Lege hy-
pocisthidos **BALAVSTIAE.** & Ramich.) Nō hæc Crito.

SYLVII. ELEGMA hoc viribus, & vtendi modo conuenit cum pa-
pauerino. Est autem scriptum a Gal. lib. 7. c. ph. p. inter ar-
teriacas antidotos, ubi varias eius compositiones etiam ab eodem
factas describit ad scopos varios, aliqui enim diacodyum simplex
componunt ex capitibus papaueris viridibus solis aquæ pluuiæ
inditis, & donec intabuerint, coctis, quibus abiectis mel Atti-
cum solum immiscet, percoquantque ad spissitudinem medio-
crem, quæ lingua possit, quantum autem aquæ, capitum, mel-
lis post dicitur. Alij addunt crocum Cilicium, succum hypoci-
sthid. & acaciam. Capitibus papaueris centum viginti, quidam
aquæ sextarios viginti infundunt, vt quisque sextarius capita sex
habeat. Alij, vt Crito, capitibus octingentis, sextariis octogin-
ta, vt quisque sextarius capita decem habeat. Alij sextario ca-
pita octo tradunt. Alij sextariis tribus capita nescio quomodo
incoquant octingenta. Alij vt Heras, his tribus sextariis capita
centum viginti. Galeno autem aqua hæc paratur tam multis ca-
pitibus indicatur. Capita præterea papaueris viridia Androma-
chus, & Heras iniungunt, capita vero papauerum syluestrium o-
ctingenta aquæ sextariis octoginta Crito coquit ad tertias, expri-
mit, addit mellis lib. 10. Quod si variam magis placet, croci,
mirrhæ, hypocisthidos, acaciæ, ana drac. xij. thuris drac. vj. adde
cum Critone, quorum nullum addebat Galen. Heras coniecta
capita in vas fictile aqua pluuiæ triduo macerat cum croci. drac. j.
nodulo ligata, coquit ad tertias, tollit ab igni, exprimit, perco-
lat, addit mellis sextarium vnum, coquit in duplici vase ad ipsilli-

Etudinem, tunc addit acaciæ suffa, succi hypocisthidos, ana drach-
ynam. Addunt alij mirrhæ in passo solute drach. j. Galeno pla-
cet aqua simplicissima, sicque parat, nullo alio addito. Soranus
capitibus centum quinquaginta addit aquæ sextarios viginti, sine
maceratione coquit ad dimidias, exprimit, reliquias abiecit, ad-
dit mellis sextarium vnum, & croci, mirrhæ, hypocisthidos,
acaciæ, ana drach. j. obolos tres, quæ linteolo ligata suspendit:
in lebere cum melle coquenda. Damocrates papaueris syluestici,
& quod non sentitur capita viridia (quæ *κισσός* vocat) semen ru-
bens, nodum nigrum habentia, iussit magnitudinis, centum
viginti in ollam nouam oris lati inditis aquæ pluuiæ sextariis tri-
bus 24. horas macerat, igne leni coquit, multum exprimit, addit
mellis Attici lib. iij. rursus coquit igne leniori ad mellis Attici
non liquidi spissitudinem, refrigeratum vase vitreo reponitur.
Datur myrri mensura sub noctem, aut die ore continetur, do-
nec liquecat. tunc sensim deuoretur: Galenus autem, vt sequi-
tur, composito à se frequenter probato vtendum censet. Capi-
ta papauerum mediocria decem (nam si grandiora essent, pau-
ciora iussit oportere, si minora, plura) in aquæ pluuiæ, vel
simplicis sextarium vnum, vt Crito: aut capita quindecim in a-
quæ sextarios duos, vt Soranus, aut modo inter vtrumque medio,
cap. octo, vel nouem in sextarium vnum coniecit, macera, si hu-
midiora, & molliora sunt horas 24. si duriora, & sicciore, diutius
vno die, etiam ad triduum, quod tempus Heras est perpetuum.
Multum autem sicca, quia succi modicum habent, resice acaciæ
multum humida, præcipue ex locis humidis, & palustribus,
quoniam licet multum habeant succum, quia tamen crudus est,
atque aquosus, inutilis iudicatur. Finis autem coctionis sit,
non tertiam, aut quartam, aut talem aliquam partem relinqui,
solum primum omnino intabuerint, vt eorum succum expri-
mere possis: superfluum enim est amplius coquere. Miscebis
vero mellis Attici mensuram dimidiam, & coques igni fumi ex-
peri ad mellis Attici consistentiam. Aquam pluuiam quidam
deligunt, quia in putridam qualitatem non mutatur, tibi ab-
unde sit fontana, si pluuialis deest, eaque pura, & omnis per-
mitionis experta. Fugienda vero, quæ per canales plumbeos
defertur, faeces enim aliquæ plumbi, & vitia in ea residunt, vnde,
& qui sedentum ipsius biberint, dysenterici fiunt. Da-
tur dormituri in catarrho acri, & tenui ex capite in asperam
arteriam, milles excitante somnum prohibente. Ad quem con-
ciliandum non modo diacodyon, sed etiam medicamenta, quæ
opio constant, sæpe coacti damus. Sed tunc diacodyon cum
sapa idest vino cocto mellis loco, aut cum vino dulci, aut po-
tius Thereo, Creticoque coquendum, & aqua, donec ad dimidias
peruenit. Miscebis etiam glycyrrhizam, aut si desideratur,
eius succum ex Creta delatum. Mel autem fugiendum est, quia
cum sit naturæ tenuantis, fluxiones ipsa admodum tenues in-
tendit. Si vero multus humor in pulmonem fluxerit, vris prom-
ptè spūto excreantur, diacodyon cum melle vtilius est. Si au-
tem, & somnus conciliandus, & spūtum aquæ prouocandum
est, ambo æqualiter miscenda. Si alterum præpollat, & ma-
iore auxilio obidegeat, plus eius, quod requirit, miscendum.
Mensura vero mediocri est duorum cochlearium iussit magni-
tudinis, augendo aut minuendo pro corporis sumptu magni-
tudine, ætate, parte anni, regione: calidioribus, augendo,
frigidioribus, minuendo. Hæc paulo fuit ex Galen. libro
septimo, comp. ph. p. tradidi, vt lector intelligat tum variam ra-
tionem componendi diacodyon medicis veteribus fuisse, tum
quam fideliter, & compendiose ex Gal. sententia hanc composi-
tionem, variam eius condituram, vires, quantitatem, vtendi tem-

Fpus, Mesues sit mutatus.

DIACODION. Papaueris decoctum in diaco-
dyone vbi destillationis puris in thoracem suspi-
cio est, comiscet rob, quæ vox absolute succum signifi-
cat. nostri sapam ex Galeno hoc loco vsurpant. Manar-
dus vero etiam syraon idest caricarum cremorem, quæ
tamen vbi tenuis in thoracem destillatio imminet ha-
bere suspectum licet. præstat enim caricarum cremor
coquendi, molliendi, & detergendi vi, quæ non antea
opus est, quam vbi iam irrepserit in pectus humor.
Sic ex Galeno Mesues plenitudine thoracem iam ob-
sidente abstersionis gratia mel assumit, non prius.
Tunc vero nobis etiam syraon maxime probaretur.
Cuius parandi rationem quam non eandem omnes se-
quantur, ea probatur maxime, quæ pinguium cari-
carum

earum librae quinque aquae sextarii sex, idest libris duo decim, aut circiter decoquantur, vt supersint sextarii duo. Sane illud hic mirum, quod vbi haerit thoraci materia, mel ea ratione comendat, quod somnum conciliet, quam facultatem inesse melli nulla suadet ratio, quod acri substantia quam sit praeditum, crudos, frigidosque attenuare succos solet, quib. inducebatur somnus. Sane, quid etiam acacia rubra sit, quam hoc loco querit, non constat, nisi forte immaturam intelligat, vt enim sylue strium primorum immaturorum succus rubicundior est, maturorum veronigrior, ita & de acacia esse verisimile est, deligit ergo immaturam acaciam, vt quae maioris astringentis particeps ad sanguinis reiectionem vltus quoque sit maioris.

M E S V E.



DIAMORON phlegmonas oris partium, vt columellae, faucium, & eas a quibus impendit suffocatio nis periculum, sanat. Fit autem hoc modo. Succus mororum domesticorum, & batinorum, ana lib. j. & s. cum sapa, & mellis, ana lib. j. igni lento coquantur ad mellis spissitudinem, reponuntur. Simplex hoc fit a quibusdam: ab alijs, praesertim necessitate magna coactis, adduntur aluminis, myrrhae, croci, omphacii, ana portiones aequales.

DIAMORON secundum praesentem descript. non praeparatur, sed quae describitur a Nicolao in proprio antidot. item Mes. in practica ca. de synanche habet aliam descript. ex autoritate Alex. & in eodem c. habet aliam, quam dicit diamoron, quam Gal. composuit. Galenus vero tract. 6. myamir, describit duas descript. quarum vnam ipse composuit, alteram Andromachus: Haly. x. practicae similiter. Serapio in proprio antidotario sub descriptione rob. describit praeci pue illam quam describit Mes. hic.

MAN. H VIVS communis usus, & vulgaribus quoque notus est. Quia currunt secundum semitam. Quia scilicet dicuntur sycamina, quasi sico mora. Et mororum de seni. idest rubi. Galenus facit ex his, vel ex illis, & dicit, quod ex his est melius. Ro. b. Non ponit Galen. Et mellis. Galen. Succus per se melior est phlegmone incipiente, quia scilicet tunc intentio medici est solum ad repellendum. Sed quia toto anno conservari non potest, ideo mel miscetur: in sequentibus enim phlegmones temporibus utilior est compositio cum melle, dum scilicet mixta est intentio ad repellendum, & resoluendum. Ana lib. j. Galenus quintam partem mellis miscet in mediocri. MYRRHAE. Qui composuit pharmacum, miscuit, & crocum, & myrrham. Crocus enim stypticus est, myrrha vero discutit, & ad profundum meat. Aluminis sicci, agrestis. Galen. Ego in principio aliquando misceo rhum, idest sumachum, aliquando omphacium: & si haec non ad sunt, vel rosas ficas, vel balauftias, vel citrinos, vel gallam, vel corticem granatorum, picam, vel thuris, vel hypochifidos, vel lentisci succum, vel, vt in summa dicatur, aliquid adstringens, quod non sit δαλντήριον. Vt vero haec congruunt in principio, ita postea non egeamus aliquo horum, sed ad concoquendum solum est addere myrrham, crocumque, vbi vero concocta fuerit, miscendum, quid discutiens, vt aphronitrum, vel nitrum,

vel sulphur, vel syrtion, in cocto origano, vel hyssopo, vel pulegio, vel aliquo tali. Ana partes aequales. Placet Gal. vt sint mellis lib. j. succi lib. s. croci, & myrrha, ana drach. j. & s. omphacii drach. j.

DIAMORON. Nicolai vsu est frequentius, hoc rarius, in SYLV. D. gargarizant cum aqua hordei, vel plantaginis, vel rosarum, vel alia ad oris phlegmonas. De Diamoro Galeni abunde egimus lib. 4. nostrae meth. Phlegmonae vero suffocatoriae sunt, cynanche praesertim, quae fauces occupant. Galenus quintam partem mellis miscet mediocri, vt sint succi lib. v. mellis lib. j. croci, & myrrha, ana drach. j. & s. omphacii drach. j. Myrrha, & crocus coquantur, praeterea crocus repellit, vt thius, alumen, omphacium, balauftium, malicorium, flos rosarum, galla, & alia adstringentia, quae interdum miscet Gal. initio, vt in fine, ad cocta dissolvendum, sapa, nitrum, sulphur.

DIAMORON. Mora siue arboris sint, siue rubi vulgaris, vel Idei, vel etiam humillimi, quem dulcia sunt, matura iam sunt: tum vero amissa acerbitate astringentis expertia, & potius lenientia, quare etiam subducunt alium. Non ergo in hoc de moris conficiendo ad arcendas initio gutturis, faucium, quae inflammationes medicamento usurpanda sunt dulcia, qualia in vetusto codice Mes. scribuntur. Sed ea est vox (dulcia) expungenda. Eadem vero etiam ratione Octavij institutum, cuius meminit Galenus, collecta mora per tri-duum asseruandi, inutile ad initia eorundem inflammationum existimo, qui experimento didicerim, & mora, & cuiusvis generis fructus simul asseruatis ex putrido quodam concepto calore maturitatis, dulcorisque speciem quandam adipisci, acerbitate plane remissa, atque pristino sapore immutato. At non inutile tamen id ipsum fore arbitror, vbi iam ad statum processerit inflammatio, quando mitigantibus iam, concoquentibusque est opus. Ob id etiam, praetermittendum esset initio mel, si modo seruari in totum annum is succus posset sine melle. Id quod si quis, eo per laneam linguam expurgato, in vitreae phiala affuso oleo diligenter oclusa tentarit, non male cessurum arbitraret: licet non sim ignarus eiusmodi parandi succi illius rationem acerbitalis, astringentisque non parum detracturam, ob terrenas partes seorsum derelictas.

M E S V E.



DIAMORON, idest de nucibus, a Graecis dictum, medicamentum est efficax ad catarrhum acrem, & tenuem a capite in asperam arteriam, pulmones, thoracem, a quo phlegmone, suffocatio, mors impendunt. Librae quatuor succi ex corticibus nucum viridum, diebus canicularibus extracti, semel feruefiunt, tunc mellis libris duabus, additis, coquantur ad mellis crassitiem, idque medicamentum pueris, mulieribus, & natura humidis salubre est. Quod si sit phlegmones initium, adstringentium aliquid miscendum est, vt rosa, balauftium: si in statu, crocus, & myrrha; si in declinatione, nitrum, & sal ammoniacus, & similia.

Alexander cap. de synanche habet hanc eandem descriptionem. Haly. x. practica, similiter. Serapio in proprio antidot. habent hanc eandem descriptionem, sed sub nomine rob.

HOC inuenit Galenus, & dicit habere vim multum excellentem inter reliqua φαρμακα pharmaca.

M E S V E D E L O C H

ca. De scilla, & ad cannam pulmonis.) Copula, & abolenda est. Et humidis natura.) De bilibus mente, ait Galenus.

SYLV. **H**O c Diacaron Galeni inuentum, vires habet easdem cum diamoro ad omnes oris phlegmonas, & cynanchas, sed efficaciores, vt ex Gal. docui li. 4. nostrae meth. in antidotis stomaticis.

COST. **M**ODVS confectionis. Inflammationes faucium, aliaque eiusmodi vitia initio cohibere astringentia, acerbata, austera, & acida possunt omnia: quo nomine, & vuae immatura, & punici mali, & oxya cantha, quae berberim fortasse vocant, & corni, & me spili, & sorbi: imo, & humiliorum plantarum generis multarum succi conferre possunt, vt plantaginis oxalidis, portulacae. Galenus etiam de viridum nucum corticis succo periculum fecit, admonitus tamen sapore, tamen tinctura, quae inducit pertinacem, subire enim aliis in cutim obseruamus, proptereaque a profundis partibus in remotiores confluentem humorem repellere validius potest. Idem ergo limonum succum, quo abolerentur maculae succi nucum, validius praestare posse aliquis censet. Sed huic licet adsit tenuitas, quae in interiores penetrat recessus, deest tamen terrena vis substantia, quae in succo nucum affluit, ob quam etiam mali punici totius cum malicorio, & decoctum, & expressus succus, succo eiusdem acinorum syncero in hunc usum magis praestat. Sane, quum in eclegmatum usu id maxime obseruandum sit, ne quae his ipsis commisceantur talia sint, quae si labantur in ventriculum, illi sint vlla ratione aduersa, in portione fortasse diacaryon inter eclegmata hoc loco reponitur, praesertim cui nitrum, ammoniacum sal, idque genus alia commisceantur. Sed cum diamori commemoratione incidisse diacaryon mentionem admirandum non est, quod est illi usu non dissimile. Manardus, quum Mesue ait diacaryon, si cum dimidia mellis parte conficiatur, conferre humidis natura, obseruat ex Galeno conferre debilibus mente, quod est perpendendum.

M E S V E.

ECLEGMA de scilla, materiam crassam, lentam, coctam, difficilem in partibus respirationis, expelli facilem strenue reddit, & natam inde spirandi difficultatem, & thoracis dolorem leuat. Recipit succi scillae, mellis despumati partes conuenientes, coquendas ad eclegmatis consistentiam. Vtere lambendo.

CHR. **I**STVC loch est multum in usu. Et eius inuamentum maxima sunt senibus, & decrepitis, in quibus abundat materia crassa phlegmatica, & viscosa contenta in pectore: facit enim eos facile expuere, subtiliando, incidendo, desiccando, & oppilationes viarum aperiendo, & alias utilitates habet, quas author ponit in litera. Et eius complexio est calida, & sicca, vltra secundum gradum. Ideo cauendus est eius usus in iuuenibus, & acute febrientibus, & in passionibus calidis. Et dosis eius est vsque ad drach. ij. vacuo stomacho.

MANA. **C**OMMUNITER conficitur, & est valde efficax ad crassam materiam, & tenacem.

SYLV. **H**VIC simile est eclegma Antonij Musae ex Asclepiade ad crassa, & lenta ex pulmonibus vacuanda, pleuritici, empyis,

asthmaticis, senibus salubre. Scillae crudae succum expressum tum mellis Attici eadem mensura prunis incoque. Da mystri mensuram ante, & post cibum. Sed Mesues mellis despumato miscet. Id eclegma calidum sicum ad secundum gradum, incidens, tenuans, tergens potenter, asthmaticis, senibus, & ceteris pituita crassa, lentae, vel etiam puris copiam in pulmone, vel thoracis spacio habentibus. Calidis autem natura, vel ex febre nocet. Datur ad drach. ij. ieiunus.

COST. **L**OCH de scilla, Scilla duplex, esculenta, & medicata, vtraque acris, sed esculenta nostrati capere inferior acrimonia, Galeni obseruatione, ea qua si eius nobis esset copia, & eclegma paratur, mollioribus, pueris illo opportunius parabis, quod ex modica fit scilla acerrima, & amarissima. Medio loco stabit, si ex capa nostrati conficiatur, quam qui asthmaticis coctam exhibent, non temere exhibent.

M E S V E.

ECLEGMA ex radice bryoniae idem pollet, eodemque modo paratur. **Lech alfe- scera.**

MAN. **E**T hoc cum sit valde potens, non paratur, quandoque ego confici iussi, & vix inueni, qui voluerit, vel potuerit vim eius ferre. Alfe scera, intellige vitis albae radicem.

SYLV. **E**T vbi compositio est in simpli. cap. de Bryonia ante descripta: & quamvis in usu non sit, digna tamen recipi, praesertim quibus Galliae paribus scilla desideratur. Nos etiam saepe ex ari radice, & etiam dracunculi simile eclegma parauimus, valentissimum ad hos affectus, vt etiam in simplicibus docet Galenus.

COST. **L**OCH alfe scera. Bryonia, quam albam vitem vocant, scilla cedit acrimonia, & amarore, quare eo exacto, quod fit ex scilla, minus etiam ingratum hunc fore existimo, dignumque propterea, qui in usum inducatur.

M E S V E.

ECLEGMA sanum, & expertum inuenimus, ad tussim, raucedinem a frigore, vel pituita crassa, thorace, aut pulmone comprehensa. Recipit cinnamomi, hyssopi siccae, glycyrrhizae, ana drach. s. zizypha, myxa, ana xxx. vuarum passerum a semine purgatarum, ficuum passerum siccarum, dactylorum pinguium, ana vnc. ij. foenu graeci drach. v. adianti albi manip. vnum, seminum anisi, foeniculi, lini, ireos, calaminthes, ana drach. iij. coque omnia in aqua ad lib. ij. consumptionem, colatu coque cum penidiorum lib. ij. ad mellis crassitudinem, tunc adde nucleorum pineorum depellatorum drachm. v. amygd. mundatarum, glycyrrhizae, tragacanthi, gummi Arabici, amyli, ana drach. iij. ireos drach. ij. Misce omnia probe, donec album fiat medicamentum. Datur a drach. v. ad drach. x. & lambendo sumitur.

CHRI. **L**OCH sanum, & expertum melioris potentiae in incidendo, & subtiliando materias crassas, & viscosas, quam loch de scilla. Et dosis eius est vsque ad drach. iij. & eius complexio est calida, & sicca vltra primum. Est enim mirabile in suis operationibus. Sumit ficus siccas, quarum est complexio calida

calida in fine primi, & sicca in principio eiusdem, habet uirtutem absteruam cum nitrositate quadam, & prouocatione, & apertione, & caueatur ab ipsarum usu, quia multiplicat pediculos, & scabiem. Semen lini est calida complexionis in primo, & humida uersus ipsum, tendens satis ad aequalitatem in siccitate, & humiditate.

MAN. Hoc paratum ubique inuenies: & calidius, & potentius eo, quod de pino, minusque insuaue, & propterca ego eo libentius, quam illo utor.

SYLV. Hoc elegma idem potest, quod ex scilla, & pino: sed potentius uidetur, tenuat, terget: est etiam gratus, minusque calidum, & siccum est, ut in fine primi gradus. Has autem vires habet a substantia tenuitate adiant, siccum: & etiam calidiorum, cinnamomi, hyssopi, ieros, sed a frigidis, vel temperatis fractorum. Ad draclinas quatuor dedisse sufficit, si febris abest, & celi caliditas, nec sumpturus calido sit temperamento.

COST. Loch sanum. Etsi Zizypha crassiores humores reddere auctoritas est multorum, quae tamen maturae sunt, dulcia sunt, & concoquere cum leui tenuitate apta, neque hic cum tam multis substantia tenuiori praeditis temere usurpata, quae quia lenta sunt substantia, ut etiam sebesten, gummi, aliaque eius generis, cogunt reliqua, ut diutius in ore perdurent, sensimque medicamento vis in thoracem elabatur. Sed etiam, quod de Zizypharum aiunt, crassitudine, de acerbis, non autem de maturis puto intelligendum.

M E S V E.



CLEGMA ad gutturis intemperiem calidam, & asperitatem, & inde natam tussim. Recipit glycyrrhizae drachm. xv. passerum pinguium purgatarum vncijs duas: zizypha, myza, ana xxv. coque igni lento in aquae lib. iij. ad 1 lib. iij. consumptionem, adde castae fistulae vnciam vnam. colatum, & seminibus, ac 1 membranarum purgatum percoque cum penidiorum libra 1/2. sapae vncijs quatuor, ad iustam crassitiem, tunc misce farinae fabarum vncias duas, lambe, ut alia.

¶ Vlg. li. i.

¶ Vet. scilicet.

CRH. Loch ad caliditatem, & asperitatem pectoris. Non est in usu: sed loco eius assumitur Loch de diatrachantho positum a Nicolao, uel loch de papauere, de quo dictum est superius.

MAN. Non est in usu apud nostros. **CHESME** spinuium. id est, passulas. **SEBESTEN.** id est, myza: graece μυζα. Castae fistulae, eius, scilicet quae recentiores videntur ad alium leniendam. **ASCOFFIS.** A seminibus videlicet, & his, quae inter ea mediant.

SYLV. Huius loco elegma papauerum usurpetur, vel tragacanthi a Nicolao scriptum.

COST. Loch ad caliditatem. Quae hic assumuntur, asperitati quidem omnia, ut quae lenia sunt, prodesse possunt, at quomodo singula, quae caloris non sunt expertia, calidiorum gutturis, & pectoris intemperiem possint corrigere, obscurum est, fortasse autem, quo modo imbecillia fortibus contraria sunt, ita imbecil

A liter calida valde calidis, atque sicuti id, quod remissum calidum est calidiori comparatum frigidi habet rationem, ita quae tepido constant calore calidiorum corrigere inflammationem possunt.

M E S V E.



LIVD nostrum idem promittens. Recipit seminis papaueris drach. x. glycyrrhizae drach. vij. myza viginti, seminum psyllij, 1 & cydoniorum, ana drach. v. coque lib. iij. aquae ad dimidij consumptionem, colatum percoque cum sapae, & penidiorum, ana vnc. iij. ad iustam crassitudinem; deinde misce tragacanthi, gummi, ana dr. v. papaueris albi, trium granorum, ana drach. ij.

B **PER** tria grana secundum quosdam intelliguntur tria semina ex seminibus quatuor maioribus frigidis, scilicet semina melonum, citruli, & cucu, ut est in tryphera persica superius descripta.

VALERET hoc in calidis destillationibus, suaue, quae esset, quamuis non conficiatur.

TRIA semina, melonum, citruli, cucumeris, ut in tryphera Persica 4. semi. haec tria, & semen cucurbitae intellexit.

LOCH aliud nostrum. Hoc ad gutturis caliditatem loge est superiori commodius, pumici mali, cotonei, & frigidorum seminum nomine, sed, & psyllium interna parte refrigerare observatur, de qua re alias.

M E S V E.



CLEGMA phthificis saluberimum sed etiam hecticis, & aliter consumptis, pure, & sanie pulmones purgat, & tussim lenit. Recipit autem seminis papaueris albi, seminis lini torrefacti, spodij, croci, amygdal. dulcium, ana drach. iij. amygdali, tragacanthi, gummi seminis cydoniorum, seminis citruli, ana drach. vj. seminis nasturtij torrefacti amygdalarum amararum, fabarum, ana drachm. i. & s. penidiorum 1/2 drach. lx. Haec aqua fontana dissoluta coquantur. deinde cetera misceantur. Dantur drach. ij. cum hydromelite.

Nec hoc confectum inuenies, scio tamen nonnullos usos.

D **VELLEM** nasturtium, & amygdalas amaras tolli, si hectica adest, & hydromeli ualde aquosum propinari.

LOCH bonum. Paruipenderem, quod hic quidam alioqui docti viri, amygdalarum amararum drachmam vnam suspectam habent, ubi hectica adest, ex his n. tam parca mensura sumptis, cum papauere, spodio, seminibus citoniorum, & citruli, quae inter frigida censentur, longoque intervallo amygdalarum amararum copiam superant, quomodo ea praesertim primum caloris, siccitatisque non excedant gradum, quid accedere periculi potest? Sed neque (quo etiam dubitant) nasturtij torrefacti eodem pondere adiectione plus afferre discriminis posse existimandum; quando, & torrefactione insita vis ignea euane scit, & rerum aliarum multarum, cum frigidarum, tum temperatarum commistio, retundere caloris, huius vim potest.

Mesue.

Y 3

Sed

MESVE DE SYRVPIS ET ROBVB

Sed hic torrefactum (quod additur) lini semen, ipsumque etiam nasturtium torrefactum frigida aqua paululum macerari optarim ad eius incendij extinctionem, quod torrefactio inducit. Tunc fortasse aptum hoc erit medicamentum purulentis etiam hectica febre detentis. Sed rursus quid spodij loco assumendum? curque verendum non est, ne amyllum, tragacantha, gummi, penidia, quorum est vis incrassandi, puris excreationem remorentur? Forte autem non tam consulendum est excepto iam in thorace puri, quam destillationi, quae continenter irruit, quae crassificatione eget, ut id quod est exceptum attenuatione, & deterfione. Spodium autem ignotum medicamentum si quis praeferat, parum intererit.

MESVE.

GLEGMA ad asthma, & tussim antiqua, humorem enim crassum tenuat. Recipit scilla assata † drachmas quatuor, radices ieros drach. ij. hyssopi, prassij, ana drachm. j. myrrhae, croci, ana drach. s. melle excipe.

MANA. Multum potens, & a nonnullis conficitur.

SYLV. **V**ALIDISSIMUM est, sed etiam ingrassimum, quia amaris, & acerbis prope omnibus constat, ob quae multum etiam calet. Multo adhuc fieret valentius, si radicem ari aut draconij reciperet, & mellis loco terebinthinam. Validum item, & ingratum, ex radice bryoniae, quod quidam Mesue exemplaria hoc loco etiam habent.

COST. **L**OCH ad asthma. Praestantissimum hoc ad vsus Leos existimo, ad quos commendatur. Myrrha vero hic, & in superioribus quoque astrictoriae facultatis, cohibenda fluxionis gratia additur, ad quam a Dioscor. probatur. Crocum autem, tum, ut leuiter astringit fluxioni confert, tum calorifica facultate, quod iam fluxit concoquit, priuatim vero in thoracis affectibus adeo efficax deprehenditur, ut sint, qui eum ad scrupulum dimidium etiam vnum cum dimidio moschi grano, & optimo vino calido assumptum curare asthma laborantes memoria prodant.

MESVE.

LEGMA de amygdalis ad interpericem multum sicca pulmonis, & thoracis, & tussim inde siccam. Recipit amygdalarum dulcium, & amararum, seminis lini torrefacti, nucleorum pineorum, anisi, tragacanthi, gummi Arabici sicci, & radices glycyrrhyzae, ana dra. j. & s. sacchari, penidiorum, ana drach. tres excipe mellis, & succi foeniculi simul coctorum quantitate sufficienti.

CHR. **L**OCH de amygdalis non est in vsu, nec praeparatur. Ultimo nota, quod ista praedicta loch superius posita, & illa, quae etiam ponuntur a Nicolao, possunt, & deberent adinuicem permisceri, aut aliqua ex eis, & sic ab expertis practitantibus sepius fit, propter diuersas intentiones, quas habet curando perficere, v. g. quando fit permixtio loch de pino, vel loch sani, quae duo loch sunt calida, & sic complexioni habendo respectum ad materiam crassam phlegmaticam cum loch de diatragacantho, &

diapapauere, quae sunt frigida, & humide complexio nis, cum habemus intentionem ad materiam calidam, & subtilem exasperantem cannam, & guttur. imo etiam ipsa permiscemus cum zuccharo violato, cum quaerimus alterationem maiorem ad frigidam, & praedicta Loch omnia sunt solutiva. Et de eis haec sufficiant.

GRANORVM vini.) Lege pini: nec hoc paratur MAN. licet utile sit.

LOCH de amygdalis. Succus feniculi non inepte hic sumitur, sunt enim qui eius decoctum (succo imbecillius) contusis amygdalis dulcibus excreanda ex pectore pituita, & sedanda siti utile obseruarint.

F. DISTINCTIO SEXTA

De syrups, & † succis.

MESVE.

SYRVPVS, aut simplex est, ut iuleporum species, vel ex multis compositus, ob effecta, & plurima, & maxima. Item syruporum aliqui sunt species oxymelitis, alij etiam aromata recipiunt.

HAE est sexta pars principalis huius antidotarij, in qua author determinat de diuersis speciebus syruporum, iuleb, & succorum. Est enim syrupus nomen arabicum, & graece idem est, quod portio, portiones autem multum diuersificantur adinuicem. Et primo in modo substantiae penes crassitiem, & subtilitatem. Secundo in modo compositionis, & simplicitatis earum, nam differentia est inter syrupum, iuleb, rob, robub, aquam, succum, & decoctiones, quae omnia includuntur sub nomine potionis. Etiam de syrups, quidam est simplex, & quidam compositus. Et iterum quidam ex pluribus, quidam ex paucioribus, iuleb autem est simplex: diuersificatur etiam syrupus per vltiorem decoctionem, quae plus requiritur in construendo iuleb, quam syrupum, differunt etiam, quia syrupi indifferenter possunt componi, vel cum zuccharo, vel cum melle. Iuleb autem frequentius, imo quasi semper ex solo zuccharo. Et hic notandum, quod in qualibet libra iuleb, dum est perfecte coctum, non remanet unc. j. liquoris aquae, vel succi, sed in lib. syrupi remanent, unc. ij. vel circa liquoris, decoctionis, & hoc quia non tanto tempore syrupus decoquitur, quanto iuleb. Ex quo fit, quod in lymphando syrupum, minor quantitas aquae requiritur, quam in lymphando iuleb, cum sit crassioris, & tenacioris substantiae ipso syrupo. Rob autem proprie est succus vuarum ultimate decoctus, sicut vinum coctum, vel melius sapa, quandoque tamen corrupte sumitur rob pro succo alicuius plantae, vel fractus. Robub proprie est succus inspissatus a sole, vel igne alicuius plantae, vel fractus, vel alterius rei, a qua succus premi potest, dummodo spissetur, ut dictum est. Aqua proprie est de stillatura subtilis alicuius herbae, fractas, aut floris, aut alterius rei, si fiat in alembico, vel alio simili modo, uirtute ignis, vel solis, unde sic etiam aqua, quae pluit, destillatur in aere,